

tate Nazareth, in Judeam, in civitatem David, quæ vocatur Bethleem: \* Eo quod esset de domo & familiâ David. Alleluia.

Ubi prosteretur cum Mariâ desponsatâ sibi uxore. \* Eo quod. Gloria Patri. \* Eo quod.

*Lectio.*

*Benedictio.* Rer. Evangelica, &c.  
Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem. *Cap. 16.*

In illo tempore; dixit Jesus discipulis suis: Modicum, & jam non videbitis me; & iterum modicum & videbitis me. Et reliqua.

*Homilia.* Sancti Augustini, Episcopi.

Tract. 101. in Joann.

**M**odicum est hoc totum spatium quo presens pervolat sæculum: unde dicit idem ipse Evangelista in epistola suâ: novissima hora est. Ideo namque addidit, quia vado ad Patrem, quod ad priorem sententiam referendum est, ubi ait, & iterum modicum & videbitis me. Eundo quippe ad Patrem, facturus erat, ut eum non viderent; ac per hoc non ideo dictum est, quia fuerat mortuus, & donec resurgeret, ab eorum conspectibus recessurus; sed quod esset iturus ad Patrem, quod fecit, posteaquam resurrexit & cum eis per quadraginta dies conversatus, ascendit ad cælum.

Te Deum.

**AD LAUDES.**

*Ant.* O admirabile commercium! Creator generis humani, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est; & procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem. Alleluia.

*Ps.* Dominus regnavit, decorem induit est. — *Et ceteri de Dominicâ.*

*Ant.* Ante luciferum genitus & ante sæcula, Dominus Salvator noster in formâ servi apparuit. Alleluia.

*Ant.* Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns, exclamavit dicens; Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Alleluia.

*Ant.* Benedicite Dominum, omnes Angeli ejus, ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus. Alleluia, alleluia.

*Ant.* Joseph fidelis & prudens quem constituit Dominus super familiam suam. Alleluia.

*Capitulum.* Gal. 4.

**F**RATRES, quanto tempore, hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit Dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est, usque ad præfinitum tempus a patre.

*HYMNUS.*

**V**ERBUM! virgineo te genitum sinu,  
Te Christi canimus Virgo puerpera,  
Te Josephe, sacram progeniem regens,  
cujus diceris & pater.

Regnator rutilo lapsus ab æthere,  
Tranquillus superis quæ penetralibus,  
Pacis regna tenet, condere tum venit,  
Imis quas habitat plagis.

Fortunata domus, quam Deus incolit,  
Ac cœlestis amor, fons quoque luminis,  
Quam nullis agitât cæcus amor malis,

Nec discordia dividit,  
Simplex pauperies hæc decorat domum;  
His & deliciae finibus exulant;  
Illic tota Deo gloria perfrit.

Mundum spernere, despici,  
O vos, castra Dei, quæ celer advolat  
Cohors aligerum, laudibus æmulis,  
Circum tecta sonans, nuptibus obsequens.

O cœlo domus altior,  
Non te servitio legifer eximis,